

§. 4. Magna hæc sunt, quæ votis Pontificiorum insunt, vitia, nondum tamen omnia, præsertim si à practicis ad theoretica progrediaris. Hic enim contra eos disputandum nobis est, *utru* *cultus illi mereantur remissionem peccatorum & justificationem?* *Utrum sint satisfactiones pro peccatis?* *Utrū sint pares Baptismo?* *Utrum sint observatio præceptorum & consiliorum?* *Utrum sint perfectio Evangelica?* *Utrum habeant merita supererogationis?* *Utrum merita illa applicata, aliis salvent eos?* *Utrum sint licita vota his opinionibus facta?* *Utrum licita sint vota, quæ prætextu religionis tantum, ventris & otii causa suscepta sunt?* Etc. quem in modum hæc omnia nervose ac ac-